Nr. 391

Illustriss. principi, & Dño D. Friderico Comiti Palatino Reni, Electori, Duci Bauariæ &c.
Dño suo clementissimo.

Illustrissime ac clementissime princeps, certissimum est bona imperia vere opus dei esse, clementer conservantis honestam societatem generis humani. Ideo vestrum tum aternum primum dni nri. Jesu Chri, creatorem generis humani colligentem aternum ecclam voce Euangelij, toto pectore oro, ut celsitudinis vestræ confirmet animas & corporis, & tribuat salutaria consilia & foelicem gubernationem. Gaudeo enim principem & bonum principe mihi natum esse ad agnitionem filij dei, & recte invocare deum, & foueri ecclam dei, quem oro, ut universam familiam primum Palatinorum gubernet & protegat, nec sinat fieri barbaricam vastitatem in patria mea. Literas celsit. vestræ reuerenter legi, & virum integerrimum Stephanum audiui. Ac merito laudo cels. vestræ scriptam responsionem, & maxime opto ut tuerue certe subijs tranquilla sint. Quum ad rem proderit si non sinent gubernatores de fidei quæstionibus sententias. Probo igitur consilium celsit. vestræ ut vtrique partis sibi creditum mandarit. Opto autem ut sapientum principum consilio & authoritate aliquando ex aliarum gentium certis & mitis, pijs & eruditis viris communitum, ut de omnibus controuersijs deliberetur, & una consentiens forma doctrinæ vera & perspicua sine vlla ambiguitate posteritati tradatur. Interea quantum fieri potest moderatis consilijs coniunctionem nostrarum ecclarum foueamus. Bene & foeliciter viuat celsitudo vestra. Cal. Nouemb. anno. M D LIX.

Celsitudinis vestræ

seruus

Philippus Melanthon.

Responsio.

Non difficile, sed periculosum est respondere. Dicam tamen quae nunc de controversia illius loci mentem possum, et oro filium tuum, ut et consilium et cuncta gubernet. Non dubium est de controversia caena agentia certissime et brevissime in toto orbo terrarum scriptura esse, quia mundus, dat poenas idolatriae et aliorum peccatorum. Ideo petamus, ut filius tuus nos doceat et gubernet. Cum autem ubique multi sint infirmi, et nondum institutum in doctrina certa, idcirco confirmati in erroribus, necesse est mitio habere rationem infirmioru. Probo ergo consilium illustriss. electoris, quod rationibus utrinque mandavit silentium, ne disputatio fiat in tenera aetate, et infirmi turbentur in illo loco et vicinia. Et optarem nil actores in utraque parte abesse. Secundo rogo, his contentus esse reliquos de una forma verborum convenire. Et in hac controversia optimum est retinere verba Pauli: Panem quem frangimus Koinonia estin tou sōmatos kai tou haimatos. Et caveat se de fructu caenae dicendum est, et nimium tribuere homines ad amorem huius pignoris et erga rem ipsam. Et in vocabulum Koinonia declarandum est. Non dicit mutari naturam panis, ut papistae dicunt. Non dicit cum Brentiosis, panem esse factum corpus Christi. Non dicit, ut Hesshusius, panem esse verissimum corpus Christi, sed esse Koinonian, id est, hoc quod fit consecratio cum corpore Christi, quae fit in usu et quidem non sine cogitatione, ut cum multi papistae rodunt. Accedit papistae pugnat et eorum similes, ut dicatur corpus Christi ex hac sumptione in illis non esse substantia panis aut panis, et postulant adorationem. Sic, ut Martinus Brunsuigae dixit. Dein unus unum, pondus duo unus sugen ex dissolvit, [illegible] Brunsuigae [illegible] Gaudi Gaudi. Sacramentum tibet delapsas particulas colligi et crassa terra combini. Cum vivamus esse nos ante hac mundum, quae sic mittebatur ad nos ex aula quadam. An corpus Christi descendat in centrum. Talibus prodigiosis quae hominibus veteribus, utilius est retineri formam verborum Pauli, et de fructu recta docere homines. Postea nil plus formam verborum corrue in

Exam.

Examine Magdeburgensi, ubi et communicatio fit de fructu Dominae caenae. Adest filius tuus ministerio Evangelij, et ibi certo est efficax in credentibus, ac adest non propter panem sed propter hominem: Sicut inquit manete in me et ego in vobis. Et in his verbis consolationibus fecit nos sibi membra, et testatur se corpora nostra immortificaturum etc. Sic declarant veterum communem dum. Sed haec verba et simplici cum doctrina de fructu noriant quidam cothurnos et postulant dici, an sit corpus in pane, aut spatium panis, quia si vero sacramentum propter panem et illa papistica adorationem institutum sit. Postea fingunt quomodo in dubium panis, alij consubstantiationem, alij transubstantiationem, alij ubiquitatem excogitarunt. Haec portenta sua ubi inquota sunt credita certitudinaliter. Inquit Hesshusius se assentiri Origeni qui noluit panem et vinum ὁμοιοδοξεῖν τῇ οὐσίᾳ τοῦ σώματος καὶ αἵματος. Rejicit contentiosè elementum Alexandrinum. Pronunciat rectum [illegible] Chrysostomus, Theophylactus, Oecumenius, Basilius, Augustinus, Beda, Eucherius, Haymo, Theodoretus, qui ait de pane et vino ἐπεὶ τὸ σῶμα. Quae est ergo tanta authoritas Hesshusij, ut ipsi potius Assentiamur, quam tot probatis veteribus scriptoribus, qui perspicue testantur, tum veteres non habuisse pontificiam dogma et adorationem, quae si nova sunt in ecclesia, cogitandum est an novatoribus liceat nova recipere. Nondum dogma invehere in ecclesiam. Nec ego ignoro multa citari notha veterum titulis, de quibus erudite iudicant. Nec nunc iam instituo longam disputationem: nec cum contentiosis, qui idola et paricidia stabilient disputare volo quorum sententiam et ego exprobro: sed tantum pro meo iudicio significare volui, quid in illo loco pro infirmitate tenere et observare faciendum esse existimem, ac mentem hac sententia contentiones istorum prohibendas esse, et formam verborum una et simili tenendum esse. Si quis

haec

hac non placent, nec volunt ad communionem accedere, his permittatur ut sua iuditia vertantur, modo non faciant dissentiones in populo. Oro autem filium tuum nostrum Jesum Christum, sedentem ad dextram aeterni patris, et colligentem ecclesiam ubique suam, ut nos docet, gubernet et protegat. Optarem ut aliquando in pia synodo de ejus controversijs horum temporum deliberetur.

Ex autographo.

Judicium D. Philippi Melanthonis de controversia coenae Domini ad illustriss. principem ac D. D. Fridericum comitem Palatinum Rheni, sacri palatij archidapiferum, Electorem. Baccarie Deo anno Jesu.

Heidelbergae excudebat Ludovicus Lucius. anno salutis humanae 1560 mense septembri.

Ex libris Mc Cartney
ad Ecclesiam Kyni